



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. II. De abbatissarum, præsertim exemptarum confirmatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

collegii, quæ habent unitas, aut aliter sibi competentes parochiales Ecclesiæ: imd in Episcopis quibus in alienis dioceſibus prouincio parochialium competit. vt dicuntur Interpp. respondisse. adeoque & idem dicendum in Episcopis antiquarum Sedium Belgij; qui sub noquiter erectis retinuerunt in aliquibus parochiis deim, & prouisiones parochorum.

## De electione.

## RESPONSV M I.

De abbatissarum praesertim  
exemptarum confirmatione.

<sup>1.</sup>  
Illa necessaria est.

<sup>2.</sup>  
Nisi contrarium habeatur prilegium.

<sup>3.</sup>  
Nec ante licita administratio, sub quo-cumque nomine,

<sup>4.</sup>  
In dignitatibus.

<sup>5.</sup>  
Vtiusque sexus.

Deberet Abbatissam confirmatione de iure non expressum ait A. Zor. inst. mor. p. 1. l. 13. c. 10. q. 3. & sequitur Tamburin. de iur. Abbatiss. disp. 29. q. 1. at verò generatim sufficit statui in quibus beneficis locum habet electio, confirmationem esse petendam. c. 3. X. de elect. quamvis confuetudine induci possit ut confirmatione opus non sit. Abbas in d.c. 3.n. 5. vt & quedam religiosæ habent priuilegium, vt eorum generales ministri, seu præpositi ritè electi confirmatione non egeant. Rodrig. tom. 2. q. 53. ar. 3. vt lex quidem & regula sit in contrarium. adèd ut si quis ante confirmationem administret, priuationem incurrat. c. qualiter. 17. X. de elect. c. anaritie. 5. cod. in 6. vbi generaliter hæc leguntur verba; vt nullus de catero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio conseretur, sub economatus &c. in spiritualibus &c. se immiscere presumat, vbi & vocabulum dignitatis indefinite accipitur; & pronuntiatio sermonis in masculino ad utrumque sexum porrigitur. l. pronuntiatio. l. insta. l. sequis D. de verb. signif. adeo-

que in clem. attendentes, de stat. 11. vt certa præsupponitur Abbatissam confirmationem, in verbis, in monasteriis in quibus abbatis sum sunt, sed etiam benedicti, intra annum à sua confirmatione annis nota tempore computandum, manus benedictionis sancipient. vbi bene- dictio non ubique obtinere, sicut confirmatione significatur, excepta etiam diximus contraria consuetudine. quemadmodum & generaliter statuitur, ut confirmatione per electum petatur intra tres menses, seu alias idoneum tempus. c. quoniam sit. 6. de elect. n. 6. idque sub pena etiam priuationis.

Porrò electionis confirmatione petenda est ab immediato superiore. c. indemnitat. 4. 1. in verbis superiori de elect. n. 6. Hoc est, sum de elect. in 6. Rodrig. tom. 2. q. 53. ar. 3. de regulari, adeoque & discensio per non exemptos, per exemptos ab ipso Pontifice, legato. c. si Abbatem. 3. de elect. in 6. si quidem immediate subiecti, alioquin à superiore immediato.

Enimverò Concilium Ind. de regulari, c. 9. monasteria monachorum immediatè subiecta Sedi Apostolicae, ab Episcopis, ut delegatis gubernari voluit: quantum est, an, cum olim soleat Abbatissum confirmatione peti à Sede Apostolica; per d.c. 9. ad Episcopos fit delata ut delegatos? & refer Barbosa in Collect. DD. ad Conc. Trid. q. ex Armendar. à S. Cong. Interpretum fuisse resolutum d.c. 9. nullum tribuere Episcopo iurisdictionem extra regimen spirituale: ut verò confirmatione iurisdictionem tribuit in spiritualibus, & temporalibus, c. nostr. 9. c. transmissam. 1. c. quater. 17. c. nihil. 44. X. de electione, nemo autem potest plus iuris in alium transferre, quām ipse habet: sicut & omnis confirmatione præsupponit superioritatem. d. c. indemna tam. c. si abbat. & tot. tit. X. de confirm. coll. inut. non ergo poterit Episcopus exemptas confirmare, aut plus tri-

tribuere, quām ipsi per d. c. 9. sit concessum. quemadmodum etiā per constitutionem Gregorij XV. *incipit, inscrutabilē concessum sit, ut possit praeſte monialium elec̄tio- ni; declararunt tamen interpres nec per hoc ei esse tributum ius confirmationis. quē censura sic in- distincta & indefinita vtique prae- ſupponit nec ius cōfirmandi com- petere per anterius Concilium Trid. & in simili Conc. Trid. de re- gular. c. 20. ex facultate viſitandi vnuuit aliud inferri, quām decreto fit concessum. in cæteris omni- bus privilegiis firma ſint, inquit, & iſiles. & generaliter veteris iuris correſtio inducenda non eſt, niſi fit expreſſa in lege noua.*

*Quod eo magis erit dicendum, dum d.c.9. nullam confirmationis mentionem facit, & vocabulum gubernatio, vt metaphoricum eſt in d.c.9. ita propriè in naui usurpatum de eo, qui gubernaculo præſet, etiā alius eum præpoſuit. vt in l. 1. & ibi DD. D. nauia camp. ſlabul. & proprie gubernator dumtaxat dicitur qui in puppi; proreta qui in prora præſidet. Baden in l. 1. D. De arbit. vt imperium ei non fit absolutum, atque ita gubernatio per d.c.9. delegata ſtrictè eſt accipienda, non de omni superioritate; ſed regi- mine, quale in antithesi in d. c. 9. proponitur de iis, qui à regulari- bus reguntur; vt ſub eorum cura, inquit, & cufodia relinquantur: atque alio non poſſit flecti, quām ad eam direktionem, quā nauis rectā nauiget ad eum portum, quem re- ligionis ſtatuta præſcribunt; non vt gubernator aliquid aliud detra- hat iuri iſtitutoris, ſeu exercitoris nauis, aut nauigantium: & ſic ne- que Epifcopi hīc delegati iuri de- legantis, aut delegatorum, extra ſtrictè acceptam gubernationem, curam, ſeu cufodiā hīc dum- taxat delegatam.*

*Quare reſtē censuit F. Nuntius Apoſtolicus Abbatissam B. im- mediatē Sedi Apoſtolicæ ſubie-*

ctam non reſtē ab Epifcopo A. conformatam, & iuramenti for- man Papæ præſtandi non reſtē ad Epifcopum fuſſe translatam: & in posterum à Sede Ap. confor- matiōnem peti iuſſit.

*Quæ de confirmatione diximus, de benedictione etiam ſunt acci- pienda: vt ab immediato ſuperio- re accipiat allegat Azor. d.c.10.q. 4. ſub medium clement. attēndentes verb. per eos ad quos perit: ſed ea referuntur ad priuisionem facien- dam per eos ad quos pertinet, ipſo iure excidente abbatissa, quæ intra annum non benedicatur, vbi benedici ſolent: ita vt clemen- tina nihil de eo decidat. oportet ergo à conſirmante benedici. hæc enim ad ius Epifcopale perteſt per veteres canones. c. deuſis. 20. q. 1. in v. viduas autem velare nullus Ponitum attinet. & tot illa. q. 1. c. consuluit. X. qui cler. vel vou. in exem- plis autem exinde per priuilegia reſeruata ſunt Papæ, vel tranſila- ta ad alios ſuperiores. vide Tambur. d. diſp. 29.q.*

De temporibus Ordinatio- num, & qualitate ordinan- dorum.

### RESPONSV M I.

*De priuilegiis regularium ad- eundi alienos Epi- scopos.*

*Priuilegia omnia regularibus olim confeſſa, vt promoueri poſſint ab alieno Epifcopo, ſubla- ta videntur per Concilium Trid. f.23. c.8. in verb. unuſquisque à proprio Epifcopo ordinetur. quod ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſis generaliſ, aut ſpecialiſ reſcripti, vel priuilegiū pretextu, etiam ſtatutis temporibus, permittatur.*

B 2 Inde

Vetera ſu- blata ſunt  
per Trid.